

per beatum ambrosio. sic dicitur. Quid oro tibi inuido delectationis prestat inuidia quid alter ab odio mercedis accipit. quid iracundo furor suus profert. similiter curte per singula et inuenies tot anime tormenta. quorum vitia que vtrique eo facilius vinci possunt. quo nulla nos aliter ciuit voluptate. hinc ambrosio. **S** Et notandum quod vitium inuidie. has habet filias. Prima est odium. Secunda pertractio. Insurrexiu. Deprauatio Ingratitudo. compassio. mali inuentio. inuidensia. Odium quippe est velle malum alii et nolle bonum. Detractio est bonorum aliorum demigratio. quod talis intendit meliorem apparere illo. cui detrabit. Insurrexiu est inter amicos discordia seminare. Deprauatio est bona alterius pernertere. vel mala memorari. Ingratitudo est de beneficiis gratias non agere. **C**ompressio est alterius bonum latere. **I**nuentio mali est ad inuenire novum genus peccati. **I**nuidensia est bonos successus alterius nolle videre sic igitur patet de vitio inuidie. **F**ilius.

**A**cepta in formatio de vitio inuidie nunc de peccato ire et quid ipsa sit cupio istruere. **Ca. VIII. Di. C.**

**I**ra ut ait beatus augustinus. est vlciscendi libidinis. Et secundum hugonem de sancto victore. Ira est irrationabilis perturbatio mentis. Est etiam ira animi tempestas. qua quis alium in aduersitate monet. Notandum autem quod ordo mentis valde esse quietam. que ipsum deum vel donum eius hoc est gratiam sancti spiritus in se suscipere debet. resiste beato iheronimo qui dicit sic. Nihil quietius us nihil purius ea mente debet esse. quam in dei habitaculum preparanda est. Ira vero cor hominis ac mentem valde perturbat. et inquietam facit. ideo in tali corde seu mente spiritus sanctus indignatur

inhabitare. De hoc dicit beatus gregorius. Dum ira animum pulsat turbat spiritum sanctum. non solum quod eius ymaginem dissipat sed ymaginem diaboli loco eius collocat. quod multum displicet deo mansueta enim ymago dei est. que semper in nobis tranquilla fuit sed illa ira dissipat. quam multis virtutibus priuat mentem et dum quietem mentis tollit spiritus sanctus ibi non requiescit. hinc gregorius dicit etiam de hoc iohannes abbas montis synai. Si spiritus sanctus pacem in te diffundit et est. Ira vero cordis perturbatio est atque dicitur. igitur nihil ita ipsius spiritus sancti aduentum in nobis perturbare solet. et non finire precipitare naturam ut furor. hinc ille. Necessesse est ergo qui gratiam spiritus sancti habere desiderat. ut passionibus iracundie fortiter resistat. et motus impatientie insurgentes viriliter contineat. Ad hoc hortatur beatus ambrosius sic dicens. Animus quippe rationis capax non est suarum passionum dominus sed repressor. neque enim fieri potest ut facilis ad iracundiam non irascatur. Iracundia se temperat. indignationem contineat a puniendo se renouet sicut peccata nos docet dicens Irascimini et nolite peccare. Concessit quod nature est. negavit quod culpe est. Preclarum enim est motum iracundie temperare consilio nec minoris virtutis dicitur contineere iracundiam indignationemque contempescere. quam omnino non irasci quamuis plebsque illud lenius istud fortius estimare lolemus. Unde resiste ire si potes. cede si non potes si fuerit et preoccupabit mentem tuam iracundia. et ascendet in te. non relinquant locum tuum. locustinus patientia est. hinc ambrosius. Laboremus quod ut nullas lites aut perturbationes cum proximo habeamus ne forte ira nostra in odium transeat. Si vero ex fragilitate nostra per aliquod contumaciter offenderimus proximum. statim per

humilitatem seu per humilem satisfactio-  
nem studeamus curare hoc quod in pro-  
ximum deliquimus. ut orationes nostre  
pure possint esse in conspectu domini. quod  
prearibus nostris ac alijs necessitatibus  
coram illo fundimus. Ad hoc facien-  
dum monet beatus augustinus. sic dicens.  
Lites autem nullas habeatis. aut quod celer-  
time finiatis. ne ira crescat in odium.  
et iram faciat de festuca. et animam fa-  
ciat homicidam. Sic enim legitis. Qui  
odit fratrem suum homicida est. Quicum-  
que virio vel maledictio vel etiam crimi-  
nis obiectu aliquem leserit. meminerit  
satisfactionem quantum curare quod fe-  
cit. et ille qui lesum est siue discepta di-  
mittere. si autem se invicem leserint. inui-  
ce sibi debita relaxare debebunt propter  
ordines vestras quas utique quanto cele-  
briores haberis tanto sanctiores habe-  
re deberis. hec augustinus. **D** Et nota-  
dum quod vitium ire multa mala infert ho-  
mini. Nam per iram mansuetudo amit-  
titur. et superne ymaginis similitudo  
vitiatur. Per iram etiam iusticia re-  
linquitur. quia perturbata mens omne  
quod furor suggerit rectum putat. Per  
iram membrorum domina mens captiva  
tenetur. que cum fuerit furore successa  
etiam membra exteriora videlicet manus  
in ictus siue percussiones proximorum  
larat. Et si manus in percussiones non  
exercet. linguam tamen prius in ma-  
ledictionis verba vertit. fratresque inte-  
ritum a deo precibus exposcit. fitque pro-  
to et voce homicidium peragat etiam cum  
a lesione cessat. Hec et alia de vitio ire  
beatus gregorius. v. mora. exponens illud  
dictum. Quis stultum interficiet iracun-  
dia. sic commemorat dicens. Cum scriptum  
sit. tu autem domine cum tranquillitate  
iudicas. Sciendum nobis magnopere  
est quod quotiens turbulentos animi mo-  
tes sancte mansuetudinis virtute res-

stringimus. redire ad similitudinem  
conditoris conamur. nam cum tranquil-  
litate mentis ira diuerberat. dilaniata  
quodammodo scissamque perturbat. ut si-  
bi metipsum non parcat. ac vim intime  
similitudinis amittat. Quanta sit iras-  
cundie culpa pensemus per quam dum  
mansuetudo amittitur superne ymagi-  
nis similitudo vitiatur. Per iram sapi-  
entia perditur. ut quid quove ordine  
agendum sit omnino nesciat. Sicut  
scriptum est. Ira in ore stulti requies-  
cit. Quia nimirum intelligentie lumen  
subtrahit cum mentem promouendo con-  
fundit. Nam profusus animus nequaquam  
explet etiam si intelligere aliquid pro-  
venter valet. Per iram iusticia relin-  
quitur. sicut scriptum est. Iraviri iusticiam  
dei non operatur. quia dum perturbata  
mens iudicium sue rationis exasperat  
omne quod furor suggerit rectum pu-  
tat. Per iram luxurietatis amittitur.  
sicut scriptum est. Sol non occidat su-  
per iracundiam vestram. que cum hinc me-  
ri iracundia profusionis tenebras incurrit  
et huic deus radii sue cognitionis ab-  
scondit. Per iram enim spiritus sancti splen-  
dore excludit. nam dum ira quietem men-  
tis subtrahit. suam spiritus sancto habita-  
tionem claudit. Cuius recessione animus  
vacuus ad apertam mox insaniam duci-  
tur. nam ire sue stimulis cor accensum  
palpitat. corpus tremat. lingua se pre-  
pedit. facies ignescit. exasperant oculi  
li. ore quidem clamorem format. sed sensus  
quid loquantur ignorant. Unde fit  
plerumque ut usque ad aptas manus ira  
profiliat. et quod ratio longe recedit. auda-  
cior exurgat. sequitur ipsius animus retine-  
re non valet qui factus est potestatis al-  
liene. et eo furor membra foras in ictibus  
exercet. quo intus ipsam membrorum  
dominam mentem captivam tenet. Ali-  
quando autem manus non exercit. sed in  
q. iij.

maledictionis iaculo linguam vertit. fratrisq; interitum precibus exposcit. et hoc deum perpetrare expedit. quod ipse puerus homo vel facere meruit vel erubescit. Sicque ut vobis voce homicidium peragat. etiam cum a lesione proximi manibus cesset. Plerumque ira per silentium clausa intra mentem vellemens estuat. et clamorosas tacita ira voces format et verba sibi. quibus exasperet et obicit quasi in causa examinis posita durius exasperata respondet. Sicque fit ut perturbatus animus maiorem strepitum sui silentij sentiat. eumque grauius clausa ire flamma psumat. Sciendum vero est quod nonnulli ira citius accendit faciliusque deserit nonnulli quidem tarde promouet. sed diutius tenet. Alii autem quod est nequius et citius ira cunctis flammis accipiunt et tardius deponunt. Nonnulli vero haec tardius suscipiunt et citius amittunt. In quibus nimirum quatuor modis liquido lectorem agnoscit quod ad tranquillitatis bonum vltimus plus quam primus appropinquat. et malum secundum tertius superat. **E** Sed quid praestit quod iracundia quomodo mentem teneat dicimus si non et qualiter despicere debeat exprimitur. Duobus enim modis fracta possidere animam ira desuescit. Primus ut mens sollicita antequam agere quodlibet incipiat. omnes sibi quos pari potest otium et labora proponat. quatenus redemptoris sui praesentia cogitans aduersa se prepararet que nimirum venientia tanto fortius excipiat. quanto se cautius ex praesentia armavit. Qui enim improvidus ab aduersitate deprehendit. quasi ab hoste dormiens inuenit eumque inimicus eius citius necat qui non repugnantem perorat. nam qui mala imminencia per sollicitudinem praenorat. hostiles incursus quasi in insidiis vigilans expectat. et inde ad victoriam valenter accingit. unde nesciens

deprehendi putabat. Sollert etiam animus ante actionis suae primordia cuncta debet aduersa praemeditari. ut semper haec cogitans semper contra haec atrocitate parietie munitus et quicquid accesserit laudis superet et quicquid non accesserit laudis erum purer. Scimus autem seruande mansuetudinis modus est ut alienos excelsus aspiciamus. nostra in quibus malis excessimus delicta cogitemus. Considerans enim infirmitas propria mala excelsat aliena. patienter namque illata iniuriam tolerat. qui pie meminit quod forsitan habeat ipse tolerare et quasi aqua ignis extinguit. cum surgente furore cum sua cuique ad mentem culpa reuocat quod erubescit peccati non peccare. quibus vel deo vel proximo sepe se recollit peccando peccasse. **S** Sed inter haec sollertis sciendum est quod alia est ira quam impotentia excitat. alia quam zelus format. illa ex vitio ista ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute surgeret diuine auctoritatis imperium phinees per gladium non placisset. De hoc per psalmistam dicit. Fratres mei et nolite peccare. Quod nimirum non recte intelligunt. qui irasci nos nobis tantummodo non autem primis delictis quibus voluit. si enim sic primos ut nos amare precipimur. restat ut eorum reatibus sicut nostris victis irascamur. De hoc item psalmista dicit. Turbatus est praecor oculus meus. Ira quippe per vitium excorcat mentis oculum. Ira autem per zelum turbatur quod quo saltem recta emulatione peritur eorum nisi tranquillo corde percipiatur. preemplatio dissipat. Ipse namque zelus rectitudinis quod in egritudine mentem exagitat. eius mox aciem obscurat. que alioquin in commotione non videat. que bene prius tranquilla cernebat. Sed inde subtilius ad alia reducitur. Unde ad tempus. ne videat reuerentiam. Ita ipsa recti emulatio. eternam possit parare

lulum tranquillitatem aperit. que hic interim per motum claudit. unde mens turbat ne videat. inde proficit ut ad videndum melius clarescat. Nonnumquam vero motum contemplatio iungitur nec preualet mens perturbata conspiciere ad quod vix valet tranquilla inhiare. Sed cum per zelum animus mouetur curandum summopere est ne hoc eadeque instrumento virtutis assumitur in ira domine. ne quasi dea preceat. sicut velut ancilla ad obsequium para a rois tergo nequaquam recedat. etiam robustius praevitia erigit cum subdita rationi famulari. Nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis surgat. si immoderata mentem vicerit rationi prius servire preternit et tanto se impudentius dilatat. quanto impatienter virtutem putat. unde necesse est hoc ante omnia qui zelo rectitudinis mouetur attendat. ne ita ex terra mentis domini transeat. sed in vultione peccati modumque considerans surgentem animi perturbationem subtilius pertractando restringat. aiositateque reprimat. et motus feruoris sub equitate disponat. et eo fiat iustior vltio alterius quo prior extitit victor suus. quatenus sic culpas corrigat delinquentium ut affiose qui corrigit per paciam crescat. et furor suum transcendendo diiudicet. ne impanter excitatus ipso zelo rectitudinis longe a rectitudine aberrat. **Dec** greg. In his igitur dictis sanctissimi viri duplicem iram esse audivimus. **Qua** impatientia excitet. **Alia** quam zelus format. **Prima** est viriosa. **Secunda** est meritoria. si actus suos cum discretionem et timore domini persequa fuerit. nam si zelus ire defuerit. nec doctrina sufficit. nec crimina persequens. et non solum malum inuitat. **Testis** hoc beatus crisostomus super matth. sic dicens. **Ira** namque

si non fuerit. nec doctrina proficit. nec iusticia stat. nec crimina persequuntur. **Ira** qui cum causa occurrit si non irascitur peccat. **Patientia** enim irrationabilis vitia seminat. negligentiam nutrit. et non solum malos. sed bonos ad malum inuitat. **Hec** crisostomus. **Sciendum** quod sunt nonnulli qui quidem diuersis virtutibus sunt preediti. ad zelum tamen animarum nimis sunt pigri et peccantes quosque quasi ob custodiam humilitatis increpare non presumunt. vel ne caritatem perturbare videantur. delinquentes arguere metuunt. **Conuerso** sunt nonnulli qui hoc quod agunt in spiritu furoris agere se arbitrantur spiritu rectitudinis. et quexeraciter exequuntur odio hominum exercere se putant vel simulant odio viriorum. **De** talibus richardus de sancto victore in tracta. super benya. sic dicit. **Quos** multos videmus spiritu pauperes. spe gaudentes. caritate feruentes. multum abstinentes. ad modum patientes. ad zelum tamen animarum nimis tepidos. multumque torpentes. **Alii** quasi ob custodiam humilitatis delinquentes increpare non presumunt. **Alii** ne caritatem fraternam perturbare videantur. peccantes arguere metuunt. **Contra** multi quod absque dubio agunt in spiritu furoris agere se arbitrantur zelo rectitudinis. **Et** que veraciter exequuntur odio hominum exercere se putant. vel simulant odio viriorum. **Sed** quos se ipsos interrogent. utrum in veritate diligant quos quasi instigante zelo tamen acerbe castigant. **Illi** enim pietate potius quam crudelitate delinquentes persequi credendi sunt. qui interna illa gaudia ad que eos tot doloribus inuitant per experientiam nouerunt. **Uens** autem que caritatis adhuc et interne suauitatis expressum est rectitudinis norma in suo zelo minime seruare potest. **Caritas** enim docet quomodo tractare oportet quos zelus castigat.

**D**ec richardus. Notandum etiam quod reddere malum pro malo est fragilitatis sicut fecit ioab quoniam interfecit abner interfectorem fratris sui azabael. Sed reddere malum pro bono est puerilitatis. sicut fecit iudas tradendo dominum. Reddere autem bonum pro malo est perfectionis. sicut fecit sanctus stephanus quoniam pro inimicis oravit. Reddere vero bonum pro bono est equitatis. sicut fecit assuerus quoniam mardocheum honoravit. **D** Sciendum est ultimo quod filie ire sunt sex. videlicet impatientia. discordia. rixa. contumelia. iniuria. perueria. malicia. malignitas. furor. clamor. indignatio. blasphemia. homicidium. Impatientia autem est impetuosi animi motum non refrenare. Discordia vero est aliquorum dissensio. quos prius amoris vinculum colligauerat. Discordia autem vel litigare valde est reprehensibile. quod secundum beatum augustinum. Nichil est similis actibus demonum quam litigare. Rixa est motus ex discordia factus. Contumelia est voluntas se vindicans per probationem malorum. vel per verborum iniurias. Iniuria est verbo vel facto cum aliquo iniuste facem. Perueria est subitaneo motu in verba obiecta obrumperere vel presumere. Malicia est qua quis damnum alicui molitur. Malignitas est mala voluntas hominis cum ultra non possit. Furor est intempera tempestas animi rationem prohibens. Clamor est voluntas se vindicans in exaltando vocem per vituperium ad aliorum aures perueniens. Indignatio est voluntas se vindicans per signum molestie exterius declarata. Blasphemia est voluntas se vindicans per obprobrium deo et sanctis oblata. Homicidium est actuali voluntate in mortem alterius moliri. Sic igitur patet et habemus de vitio ire.

Filius.

**P**ost explanationem de vitio ire nunc de vitio accidia et quid ipsa sit cupio informari.

Ca. IX. Pater. F.

**A**ccidia ut dicit beatus gregorius. est de virtute laudabili exercitio vtriusque hominis languida deiectione. Item secundum hugonem de scripto victo. Accidia est in perfusione mentis nata tristitia siue tedium et amaritudo animi immoderata. qua iocunditas spiritualis eriguntur et quadam desperatione in semetipsa subuertitur. Est autem accidia animi torpor quo quis aut bona negligit inchoare. aut inchoata implere fastidit. Sunt autem duo nomina huius vitii. scilicet tristitia et accidia. quorum nominum hoc est ratio. quod in peccato isto est auersio a spirituali bono. quod estimatur grave sicut ieiunare vigilare et huiusmodi et ratione huius dicitur tristitia. Est etiam ibi peruersio ad creaturam. scilicet ad quietem. que estimatur leuis. et ratione huius dicitur accidia. Pater ex his quod hoc vitium per vocatur tristitia opponitur leticie spirituali. que est in exercitio spirituali sed prout vocatur accidia opponitur fortitudini que consistit in aggrediendis arduis et sustinendis aduersis. quod per ea habet minima tedium de omni spirituali difficultate. **A** Circa quod notandum quod si aliquis voluntarie se subdit obedientie et precepto et tamen tristetur de aliquo opere afflictivo. et laborioso. eo quod propter hoc sentiat aliquam corporalem grauitatem sicut contingit in ieiunijs. vigilijs et ceteris castigationibus corporis. Sed tamen prout valet quibus cum difficultate illa que prius voluntarie susceperat exequitur. talis tristitia non est sed de exteriori malo. vnde etiam et martires dicunt in lacrimis seminasse et re